

91



Programma
 IN FUNERE
Viri doctissimi & integerrimi,
IOACHIMI
BISTORFII,
 Reip. Helmæstadiensis Secretarii
 meritissimi,
 P. P.



HELMÆSTADI,
 Typis heredum IACOBI LVEI,
 Anno clō 1ō cXXV.




PRORECTOR
ACADEMIAE IULIAE,
IOAN. HENRICVS MEIBOMIVS,
Med. D. Et Professor ordinar. Studio-
sæ Iuventuti,

S. D.



*Uam graviter, Iuvenes lectissimi, nec uno saltim
calamitatis genere ab aliquot annis exerciti fueri-
mus & exerceamur etiamnum quotidie, pluribus
nihil attinet dicere;*

Ante oculos, interq; manus, sunt omnia, vestras.

*Annona certe caritatem eam proximè fuimus experti, quæ nec
ab hominum memoria aut ullis retro seculis in his oris fuit obser-
vata. Exceptit hoc malum mox aliud gravius. Bellum enim, quo
nunc totis sex annis Romanam imperium arsit & tantum non
conflagravit, tamen etsi de se vijsse aliquantum videbatur, tamen
ex intervallo ita recrudit, ut nunquam antea in eo suscitando
tantis viribus sudatum videri possit. Atq; illud idem, ne quæ
Germanie ora, ne quis angulus ab eo immunis esset, ad nostros
quoq; fines promoritur, nostræq; cervici gladius furoris & oc-
cisionis, nisi Deus opt. max. clementer avertat & eundem in ho-
stes omnipotenti sua manu retorqueat, imminet. Tandem ad
ista, ac si sola ad calamitatem satis non essent, pestis accessit, quæ
in medio nostrum se viens, plurimos letho dedit, præter eos, quos
febris epidemica, varijq; morbi alij, qui sparsim, nunc hunc, nunc
illum invadunt, sustulerunt. Atq; hæc causæ sunt, Iuvenes opti-
mi, quæ Academiam nostram paullo ante florentissimam quasi in
momento dissiparunt: posterior etiam illa est, quæ facit, ut ro-
tiens ex hoc loco à nobis compellemini: illa est, à qua plura, licet*

minimè

VXXo cl clb onna

minimè grata aut jucunda vos compellandi etiam hodie nobis nascitur occasio. Funus etenim faciendum est à prandio, ad horam XII. IOACHIMO BISTORFIO, Viro doctissimo & integerrimo, atq; oppidi huius, quod natales ipsi praebebat, Secretario. Lugeat eum, neq; immerito, oppidi Senatus, lugent civitates, nec aliter nos possumus, quam ut ipsis, tanquam vicini vicinis, amici amicis, ut Christianos decet, ex animo condoleamus. Natus autem fuit Bistorfius Anno c17 13 LXXIX. parentibus optimis & honestissimis, Henrico Bistorfio & Gesa Fehsen, qui, quantum in ipsis fuit, à primis incunabulis filium hunc suum in litteris ad pietatem educari curarunt. Iactis vero litterarum rudimentis, quum indoles ea in adolescente iam elucesceret, quae ad maiora aspiraret, Amplissimus huius oppidi Senatus suo etiam officio deesse hic noluit, quin liberali stipendio Parentes sumtibus ex parte sublevaret, filij vero studia & spem optimam de ipso conceptam, pro virili promotum iret. Itaq; ex Academia patriae primum Vitebergam, deinde Marpurgum sese contulit, atq; integrum septennium in istis academiis vixit, atq; ita vixit, ut in litteris & studio Iuris, quod amare iam apud nos coeperat, pergeret gnauiter, eosq; in hoc progressus faceret, ut Anno c17 13 cVI. à Patronis suis, qui ad Secretarij officium sollemnissime vocaretur, dignus iudicatus fuerit. Vti vero ad suscipiendum hoc officium & ipse promptus fuit & ob acceptum beneficium id recusare non poterat, ita per totos octodecim annos talem in eo se gessit, ut & civibus singulis & cum primis senatui, cui fidem suam vel maxime probaret, gratus acceptusq; semper esset. Postquam vero firmam arbitraretur posuisse rerum suarum sedem, Anno c17 13 cX. IV. Kal. Septembr. uxorem duxit Virginem pudicissimam, Margaretam, Viri prudentissimi, Du. Christophori Hampen, tum Senatoris nostratis, hodie vero Consulis, amici nostri singularis, ex priori matrimonio filiam. Coniugium hoc concors fuit & placidum, quod maritum uxor suspiceret, ille vero hanc,

mi par erat, amaret serio in eam usq; horã que ipsi postrema fuit,
Sustulit autem ex uxore hac, spatio XV. annorum, quos cum ea
vixit, liberos quattuor, quorum tamen tres eò, quo nunc ipse i-
uit, pramisit, superstite uno saltem filiorum, Deo ita, ut pie
credimus, volente, ut saltem illum habeat à marito, cui funus
nunc facit, quo luctum suum leniat, relicta vidua. Valetudi-
ne ut Bistorfius non admodum firma à plusculis annis fuit, ita
ante annum illa magis debilitari cœpit, feбри quartana corpus iã
pridem imbecillum invadente & vires omnes sensim atterente,
que licet remittere, immò cessare ad tempus aliquod videretur,
sub finem tamen superioris mensis recidiva, gravius agrum
corripuit, donec tandem viribus labore & molestia quotidiana
fractis & à morbo penitus exhaustis, manus hosti stare co-
geretur, animam verò, quod nudius tertius hora quinta matuti-
na factum, creatori suo redderet. Quod reliquum est, hodie,
hora quam diximus, exequias ipsi ibimus, Deumq; supplices ve-
nerabimur, ut nos clementer respiciat, dulcissimamq; nostram &
communem patriam: Pestilentiam & malum omne genus po-
tenti dextera sua depellat, patrie vulnera gravissima sanet, co-
natusq; hostiles inhibeat: Serenissimo vero Principi victoriam
concedat & felicitatem, ut salutaribus consiliis res Patria con-
turbatas erigat tandem & constituat: Academia verò tranquil-
litatem & otium, studijsq; tam pietatis quam optimarum disci-
plinarum prosperrimos largiatur successus. O.V.P.P.

in acad. IVLIA. propriã. Eid. Septembr.

Anno 613 13c XXV.





35. Progr. in Jun. Ottiliae Steinemannii, Conv. Hornesii conjug. 1661.
 36. Bodmereri phil. et theol. stud. 1663.
 37. Fiknaderi progr. orationis — a deunifelt praem. 1663.
 38. progr. in Jun. puellae An. Mariae Krohn. 1666.
 39. — — An. Marg. Vogleri. 1666.
 40. — — puellae Joh. Rinners. 1666.
 41. — — puellae Joh. Rinners. 1666.
 42. — — An. Eleon. Scherri. 1666.
 43. Carmin. grat. ad Thurnmannum. 1667.
 44. Ode in caritatem. 1678.
 45. Andr. Herm. Hellberg gratulantis Acad. Dulici prof. 1678.
 46. Progr. Henrici Widenburgi. 1680.
 47. Fest. nupt. Carp. Arnoldi Strambrecht. 1678.
 48. Luct. ac debet. officium ad unum. 1678.
 49. Pia vota ad Lud. Fabrum sponsorem et — sponsam. 1679.
 50. Progr. in Jun. nati. Bornemanniae, Tannmanni viduae. 1681.
 51. Progr. Joh. Reupen. 1709.
 52. Progr. in Jun. An. Cath. Rinerichiae, Hornesii conjug. 1649.
 53. Progr. XII Nov. A 1693.
 54. — in Jun. An. Soph. Schmerhenniae, Sibb. Theod. Scherri vid. 1702.
 55. — Agnesae Krohnen, Carp. Torbori vid. 1712.
 56. Abvandsmæssende abguldstrøm Veigt.
 57. Progr. in Jun. Hamburgii Soti. 1714.
 58. Catalogus scriptorum in div. acad. editorum. 1732.
 59. Progr. in Jun. Carolif phil. stud. 1757.
 60. Memoria Toppii 1757.
 61. — Seidlii. 1758.
 62. — Laur. Heideri. 1758.
 63. De vita Frobesii. 1756.
 64. Gratia panegyri. in diem nat. prin. Frederici V, Danic et
 65. de des principis. Progr. sac. Christi natalit. 1759.
 66. Progr. in fest. Michaelis. 1762. —

96
1233

— Nonnulla derunt —

ULB Halle 3
001 920 952



12

ramma

INERE

Et integerrimi,

CHIMI

DRFII,

adiensis Secretarii

tissimi,

P.



MAESTADI,

IACOBI LVCI,

1615 cXXV.

12

